



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Ad excitandum feruorem in diuinis obsequijs: & desiderium profectius.  
Exercit. 77.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

*Ad excitandum fervorem in di-  
vinis, obsequijs: & desiderium  
profectus.*

Exercit. 77.

*Ecclesiast. 7. Qui timet Deum, nihil negli-  
git.*

*Here. 48. Maledictus qui facit opus Do-  
mini negligenter.*

*Rom 12. Spiritu ferventes, Domino ser-  
vientes.*

*Apocal. 4. Quia tepidus es, incipiam te e-  
vomere ex ore meo.*

*Cor 15. Itaque fratres mei dilectissimi  
stabile: estote, & immobiles, abundan-  
tes in opere Domini semper: scientes  
quod labor vester non est inanis in Do-  
mino*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus quid Deus me-  
reatur: quidque nos illi debea-  
mus: ac proinde quam turpe & recte  
rationi cōtrarium sit, nos huic Do-  
mino negligenter deservire: & ser-  
vitijs ipsius aliquid, posthabere.

*Gratiarum actio.*

**G**Ratias agemus Deo, quod sibi seruii velit à nobis creaturis vilissimis, & ne dignus quidem, qui coram illo assistamus, aut serui eius appellemur.

*Confusio.*

**P**Vdore suffundemur, coram Deo de nostra negligentia in ipsius seruitio, tum quod vix quicquam agamus: tum quod ea quæ agimus, tepidè, remisse atque imperfectè faciamus.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deū, vt nobis donec deuotionis seruorè, quo ex cordibus nostris omnè frigiditatem pellamus, & omnia impedimenta in diuino seruitio occurrètia superemus: atque eorū quæ fecimus obliui, in anteriora semper magis ac magis nos extendamus.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, ad seruiendū ipsi adiuuante e gratia ipsius cum eo,

eo, quod ante dictum est, seruire: Et cum eo, quod sancti ei deseruiunt.

METHODVS AVDIENDI  
MISSAM.

Exercit. 78.

**I**Nter omnia opera, quæ Christianus homo potest & debet exercere, nullum sublimius, maioreque utilitatis est, quam ita vt par est interesse officio Missæ; ideoque operæ pretium fuerit, docere quomodo audiendum sit Missæ sacrificium: tum vt seruitium nostrum diuinæ maiestati sit acceptius, tum vt animabus nostris maiora inde emolumenta proueniant.

Aduertendum igitur in Missæ celebratione, tria principaliter fieri, quorum vnumquodque multis mysterijs refertum est:

Primum est: quod in ea consecratur panis & vinum, (quemadmodum fecit Christus in nouissima cœna, cuius etiam consecrandi potestatem contulit Apostolis, & omnibus Sacerdotibus

h. h. 3

tibus